



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

De Spe, Meditatio eiusdem Bernardi: ad vers. Psal. xc. Quoniam in me  
speravit, liberabo eum &c. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

138 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VI.  
neamus, ut ipse nos subleuet, ipse nos trahat & pertrahat usque ad conspectum gloria magni Dei: qui est benedictus in secula.

Alia D. Bernardi fiducia.

CAPVT. XXVIII. **F**ateor, non sum dignus ego: nec propriis possum meritis Regnum obtinere calorum. Caterum duplici iure illud obtinens Dominus meus IESVS CHRISTVS, hereditate scilicet Patris, & merito Passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi vendicans, non confundor.

Vitz Bernardi lib. 1. cap. 12.

De Spe, Meditatio eiusdem D. Bernardi: ad versiculum Psalmi 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, &c.

CAPVT. XXIX.

Serm. 15. in Psalm. Qui habitat. Psalm. 21.

Eccel. 2.

Psalm. 61.

Deut. 11.

**D**ulcissima liberalitas, in se sperantibus non deesse. Hoc enim totum hominis Meritum, si totam spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fecit. In te sperauerunt Domine patres nostri: sperauerunt, & liberaasti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi. Quis enim sperauit in te, & confusus est? Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in aeternum. Quemcunque, inquit, locum calcauerit pes vester: vester erit. Pes noster, utique Spes nostra: quantumcunque illa processerit, obtinebimus: si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, & non turbetur.

CAPVT. XXX.

August. 83. Quest. ca. 61

De eadem Spe, dulcissima D. Augustini Sententia.

**C**hristo duce ab oneribus & laboribus huius peregrinationis nostre, tanquam ab Aegypto liberamur